



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 32. Pontificis diploma adversus Angliæ Reginam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Nuntius Theologicam Facultatem, nec- Sæcul. XVI.
 non Jesuitarum Collegii Rectorem, ac A.C. 1588.
 Patrem Lessium adesse jusserat, eisque
 cuncta, quæ hucusque gessisset, atque
 ad revocandam mutuam pacem decre-
 visset, in memoriam revocans singulos
 ad concordiam hortabatur, atque utri-
 que parti silentium circa controversos
 articulos imposuit, rogans illos, ut
 una omnes conjuncti viverent, nec sese
 invicem ullo pacto lacefferent. Id quo-
 que omnibus pollicentibus de hoc pro-
 misso tabulæ conficiebantur: demum
 vero Nuntius cunctis valere jussis Colo-
 niam repetiit.

§. XXXII.

*Pontificis diploma adversus Angliæ
Reginam.*

Ceterum Sixtus V. minori circumspe- Thu. l. 89.
 ctione circa Angliæ Regnum usus Spond. an-
 videbatur: quippe cum Philippi II. ju- nal. hoc ann.
 ribus in hoc Regnum suffragandi desi- n. 21.
 derio flagraret, diploma edidit, quo
 Angliam interdicto subjecit, has alle-
 gans causas, eoquod hoc regnum sa-
 cræ Sedis feudum esset, ac Regina Eli-
 sabetha nunquam homagium præstitif-
 set (*) atque Ecclesiam Catholicam di-
 Mm 5 vexaf-

(*) De hac ratione nec Thuanus, nec Spon-
 danus

Sæcul. XVI. vexasset: eapropter Papa Elisabetham
 A.C. 1588. denuo anathemate percellens, illam
 omnibus suis in Angliæ, & Hybernæ
 regna juribus exutam, ejusque subdi-
 tos ab obedientia eidem præstita solutos
 declarabat: insuper eadem auctoritate,
 qua abusus videbatur, omnibus, &
 singulis indicta etiam anathematis pœ-
 na præcipiebat, ut non, cujuscunque con-
 ditionis essent, quamprimum mandati
 hujus notitiam habuerint, ulla ope, fa-
 vore, auxilio, aut gratia, proscrip-
 tam Reginam juvent, sed in id omnes vires
 suas ultra conferant, ut dignum suppli-
 cium de illa sumi possit: mandabat in-
 super omnibus horum regnorum incolis,
 ut mandata hæc diligenter exequeren-
 tur, & simul, ac de classis adventu cer-
 tiores fierent, Hispanorum exercitui
 vires suas jungant, & Parmensi Princi-
 pi,

danus mentionem faciunt, sed solus Thuanus
 hæc habet: *Quod Regnum contra jus omne
 usurpet, abolita veteris contractatus inter sa-
 cram Sedem, & Regnum Angliæ initi tempo-
 ribus Henrici II. ob eadem S. Thomæ Cantua-
 riensis religione: longe tamen gravissimas caus-
 sas ambo scriptores allegant, quas Continua-
 tor studiose reticuit, ut Pontificem nimis se-
 veritatis, ac imprudentiæ eo liberius redar-
 guere posset.*

pi, qui summo cum imperio a Philip-
po II., sub cuius auspiciis expeditio sus-
cipitur, ei præpositus est, quoad omnia
obediant: proposita quoque fuere am-
pla illis præmia, qui in Elifabetham
manus injicerent, eam caperent, &
Catholicæ parti ad sumendum de ea sup-
plicium traderent; demum clausula so-
lemni Pontifex ex Ecclesiæ promptuario
fidei suæ, ac dispensationi credito opes
depromit, & plenam delictorum om-
nium iis, qui huic expeditioni nomen
darent, gratiam facit: præterea con-
ventum est, ut Philippus regnum An-
glicum ad Ecclesiæ obedientiam reda-
ctum, tanquam sacræ Sedis beneficia-
rium a Pontifice, cum titulo defen-
soris fidei, acciperet.

§. XXXIII.

*Bellicus Reginae apparatus contra
Hispaniam.*

Attamen immoderatus hoc summi *Thuan. l. c.*
Pontificis studium Hispaniæ Regis
molimina suo successu frustrabatur; cum
enim Regina hinc Papæ diploma, at-
que illinc validos Hispanicæ classis ap-
paratus fieri cerneret, simulque præ-
maturum scriptum Alani Cardinalis,
qui suam potestatem exercendi avidita-
te plus æquo stimulabatur, conspiceret,
hinc aduersus machinationes, quæ
nonnisi

Sæcul. XVI.
A.C. 1588.